Solis & ☿ ☌ in ſignis aereis uentos producit, in ſignis humidis pluit.

Venus & ☿ coniuncti in ſignis humidis, ni maleuoli impediant, imbres pollicentur.

Verum unuſquiſq; prædictorum aſpectuum maiorē uim habet cum Luna eos coitu quarto, uel. 8. aſpexerit ſecundum quoq; uarias, ac diuerſas ſignorum affectiones, ac manſionum Lunæ qualitates.

Lunæ ☍ □ uel ☌ cum ♄ in ſignis humidis diem nebuloſum, & frigidum ſecundum naturā ſigni facit. q̃ ſi à ♄ diſcedēs Soli ꝑ ☌ ⚹ □ uel ☍ applicuerit, apertio fiet portarum, præcipue ſi ſuperiores planetæ inter ſe per □ ☍ aut etiam ⚹ aſpectum teſtimonia ſua conceſſerint.

Lunæ ☌ cum ♃ in ♈ & ♍ albas nubes toto cœlo ſpargit, cui ſi ♂ teſtimonium dederit, tonitrua & coruſcationes protenduntur, poſt quam coniunctionem ſi ad ☿ uenerit, erit apertio portarum uentorum. ſimiliter ♃ □ uel ☍ cum ☽ uentos laxat. uerum ſi planetæ in motu tardiores ſuum non præſtiterint teſtimoniū huiuſcemodi coniunctio ſerenitatem parit.

Lunæ ☍ □ uel ☌ cum ♂ in ſignis humidis pluet, & ſi ☽ à Marte ſegregata ad ♀ decurrerit, apertio portæ eſt ſuper Venerem, & econuerſo. in ſignis uero igneis nubes croceas, & rubeas toto cœlo ſpargit aliqñ ſecum pluuias ducentes, præcipue ſi teſtimonia planetæ alĳ perhibuerint, maxime pluuioſi.

Lunæ ☍ □ uel ☌ cū ☉ in ſignis humidis pluuias inducit, ac ſi poſt eam coniunctionē immediate per ⚹ □ uel ☍ aſpectum ad ♄ peruenerit, apertio portarum fiet.

Lunæ ☍ □ uel ☌ cum ♀ in ſignis humidis leues, & mites pluuias cum frigore agit. Cūq; ipſa abeundo à Venere ad ♂ per ⚹ □ uel ☍ occurrerit, apertio portarum erit..

Lunæ ☍ □ uel ☌ cum ☿ in ſignis humidis imbres gignit, cumq; ipſa ☽ à ♃ diſcedens ad ☿ uenerit, porta uentorum eſt, eo magis cū ♄ & ♂ per □ uel ☍ aſpectum eidē coniunctioni teſtimonium præbuerint.

In ſingulis deniq; Lunæ coniunctionibus cum planetis quibuſlibet, uel aſpectibus ♄ & ♂ radĳ ♀ □ uel ☍ maxime notentur, necnon et ſtellarum fixarum ſecundum ipſarū naturam affectiones intueantur.

Quapropter ut expeditius, meliusq; iudices in his omnibus naturas ſignorum climatum qualitates, aſcendentia, anni tempora, atq; planetarum fortitudines conſiderare operæpretium eſſe teſtamur.

Idem Ioannes Stœflerinus.

SI mutationem aeris certius, quàm prædiximus ſcire uolueris (minor nanq; uirtus uertitur per maiorem. & maior attrahit, & in ſe conuertit minorem) per dn̄m coniunctionis ☉ & ☽ quadraturæ, aut ☍ ex ſiderali, ac cœleſti figura iuſte uerificata hoc uerius agnoſces. Habita nanq; figura cœli pro tempore præciſo, & æquato ipſius ☌ □ aut ☍.